

diuide per proportionem ponendo proportionem 1. co. Diuiso igitur 22. per 1. co. fit  $\frac{22}{1. co.}$  & hæc est quarta quantitas, hanc diuide per proportionem habebis  $\frac{22}{1. ce.}$  pro tertia. Hoc diuide per 1. co. exhibit  $\frac{22}{1. cu}$  pro secunda, hoc diuide per 1. co. exit  $\frac{22}{1. ce. ce.}$  pro prima, & hoc est æquale 2. Igitur multiplica omnia per diuisorem, habebis 22. æqualia 2. ce. ce. quare 11. æquatur 1. ce. ce. igitur proportio est R. R. 11.

2.	R. R. 176.	R. R. 1936.	R. R. 21296.
	R. R. 11. m. 1.		
	R. R. 176. p.	R. R. 1936. p.	R. R. 21296.
	p. R. R. 234256.		
	m. R. R. 176. m.	R. R. 1936. m.	R. R. 21296. m. 2.
	Remanent R. R. 234256. m. 2. quod est 20.		

Quantitas igitur secunda est R. R. 176. & tertia est R. R. 1936. & quarta est R. R. 21296. Hæ igitur iunctæ & multiplicatæ in R. R. 11. m. 1. faciunt 20.

- 19 Decima nona, Fac de 10. tres partes continuè proportionales, ita quòd ducta prima in aggregatum secundæ & tertiæ fiat 8. & ducta tertia in aggregatum primæ & secundæ, fiat 12. Scias quòd talia producta sunt in proportione ipsarum quantitatum. Igitur cum proportio 12. ad 8. sit sexquialtera, erit proportio ipsarum quantitatum sexquialtera, quare prima erit  $2\frac{2}{3}$ , secunda  $3\frac{1}{3}$ , tertia  $4\frac{1}{3}$ : ipsæ autem non possunt producere dictos numeros quare quæstio est impossibilis & ideo bene aduerte ne decipiaris. Si verò dicat sic

Fac de 10. tres partes continuè proportionales, ita quòd productum primæ in secundam & tertiam, item tertiæ in primam & secundam faciat 20. Tunc tu scis quòd talia producta æquantur ei quod fit ex media quantitate in aggregatum, & ex media quantitate in seipsam. Pone igitur mediam 1. co. erit vt multiplicando in se & in 10. fiat 1. ce. p. 10. co. & hoc est æquale 20. igitur res valet R. 45. m. 5. & residuum erit 15. m. R. 45. Quare partes erunt  $7\frac{1}{2}$  m. R.  $11\frac{1}{4}$  m. R. v. R. 4500. m. R. 2531.  $\frac{1}{4}$  m.  $2\frac{3}{4}$ , secunda erit R. 45. m. 5. & tertia erit  $7\frac{1}{2}$  m. R.  $11\frac{1}{4}$  p. R. v. R. 4500. m. R. 2531.  $\frac{1}{4}$  m.  $2\frac{3}{4}$

- 20 Vigesima, Diuide 16. in tres partes continuè proportionales, ita quòd diuisa secunda per primam, exeat 8. Hoc non est aliud dicere quàm diuide 10. in tres partes continuè proportionales in proportione octupla. Et si dixisset quòd exiret 12. dixissem quòd essent proportionales in proportione duodecupla. Posita igitur prima parte 1. co. secunda erit 8. co. & tertia 64. co. quare aggregatum erit 73. co. æquales 10. res igitur valet  $\frac{10}{73}$  & est prima

quantitas, & secunda octuplum quod est  $1\frac{7}{73}$ , & tertia  $8\frac{56}{73}$ . Si verò dicat hoc modo,

Diuide 10. in tres partes continuè proportionales, ita quòd diuiso aggregato aliarum per quamlibet illarum & prouenientia iuncta facerent 17. tunc hic est alius modus quærendi valde diuersus à præcedente. Scias igitur quòd diuidere aggregatum aliarum, & diuidere totum aggregatum quod est 10. differentia in qualibet parte est 1. veluti si vna pars sit 3. & aggregatum aliarum necessariò erit 7. diuidere igitur 10. per 3. exit semper 1. p. quàm diuidere 7. per 3. Igitur cum diuiso res sint 3. erunt exeuntia diuidendo totum 20. est igitur semper addendum 3. pro regula ad numerum quemuis prouenientem. Cum igitur debeat prouenire 17. dices quòd si diuideres 10. per quamlibet illarum prouenientia erunt 20. æquualet igitur hæc quæstio addendo 3. quæstioni 77. Igitur dic diuide 10. in tres partes continuè proportionales, ita quòd diuiso 10. per quamlibet illarum ex aggregatis prouenientibus proueniat 20. & manifestum est ex septuagesima septima quæstione quòd partes erunt maior 5. m. R.  $1\frac{1}{4}$  p. R. v.  $21\frac{1}{4}$  m. R. 125. media est R. 5. minor 5. m. R.  $1\frac{1}{4}$  m. R. v.  $21\frac{1}{4}$  m. R. 125.

Vigesima prima, Fuit fornax capacitas 21 tis pedum 3000. habens longitudinem maiorem latitudine 20. pedibus, & latitudo maior est altitudine 20. pedibus. Quæritur quantum fuit longa, alta & profunda; Pone quòd latitudo quæ est media inter altitudinem & longitudinem sit 1. co. igitur erit longitudo 1. co. p. 20. & altitudo 1. co. m. 20. Multiplica longitudinem in altitudinem fiunt 1. ce. m. 400. multiplica hoc in latitudinem fiunt 1. cu. m. 400. co. æqualia 3000. Igitur 400. co. p. 3000. æquantur 1. cu. Diuide 400. per decimam sextam regulam in duas partes, ita quòd R. vnus ducta in alteram faciat 300. & erunt partes 300. & 100. Igitur diuide R. 100. quæ est 10. fit 5. quadra fit 25. adde ad 300. fit 325. accipe R. quæ est R. 325. cui adde dimidium R. 100. quod fuit 5. erit valor rei siue latitudo R. 325. p. 5. & longitudo erit 25. p. R. 325. & altitudo R. 325. m. 15. ductæ enim hæc inuicem faciunt 3000. & differentia est 20. pedum in vtroque, nam ex ductu R. 325. p. 5. in R. 325. p. 25. fit 450. p. R. 292500. ex hoc autem in R. 325. m. 15. fit R. 95062500. p. R. 65812500. m. R. 65812500. m. 6750. sed R. 65812500. p. & m. nihil faciunt. Igitur productum est R. 95062500. m. 6750. sed R. 95062500. est 9750. Igitur tale productum est 9750. m. 6750. & hoc est 3000. præcisè.

Vigesima secunda, Fuit Camera cuius 22 capacitas cum toto ambitu fuit 16. perticarum & ipsa camera quadrata erat. Quæritur capacitas & ambitus. Tu scis quòd camera ambitur 6. superficiebus sicut cubus. Dices igitur 1. cu. p. 6. cen. æquantur 16. quare res valet R.